

# PROF. SIMON FRIEDRICH HAHN

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1692 in Kloster Berge bei Magdeburg
Gestorben	1729 in Hannover
Kurzvita	Phil. Prof. d. Geschichte in Helmstedt (1716/17–1725); Rat, kurfürstlicher Bibliothekar und Historiograph in Hannover (1725–1729);
Porträt	HAB: A 862,
Quelle	Ahrens 2004, S. 101
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/116387807">https://d-nb.info/gnd/116387807</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-93-hahn">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-93-hahn</a>

## Lehrstühle

1716–1725 Lehrstuhl für Geschichte, Helmstedt

## Ämter

1725–1729: Hannover, Rat

1725–1729: Hannover, Bibliothekar

1725–1729: Hannover, Historiograph

## Vorlesungen (23)

Simon Fridericvs Hahn, Historiarum Publ. atque Ordin. Professor, postquam hac ipsa aestate Austriaca Gentis Historiam ad finem perduxit, futuro semestri spatio, ad ductum Germaniae Principis, Celeberrimi Giovanni, ejusdem Augustissima Domus Ius Publicum speciale, cum cura explanabit, neque tantum in secundo de Regionum titulis capite, Hispanicam, Hungaricam, Bohemicam, & generatim omnium Principatuum, majorum minorumve, Austriacis vel actu, vel saltim de jure subjectorum Historiam singularem in nucleo veluti, solie de tamen tradet, sed controversa etiam jura evolvit, & Praetensiones, quas sic vocant, illustres, ad incorruptam Diplomatum, scriptorumque aequalium fidem dilucide docebit. [...] Docet publice hora. II., Wintersemester 1717/1718

Privatas praelectionibus Notitiam Imperii Romano-Germanici, quam vulgo Ius Publicum nominant, praeunte Coccejo, Illustri Viro, ex genuinis Historicis fundamentis sollerter exponet, inque simul pragmaticam ac civilem Germanisa nostra Historiam, sive die Reichs Historie, probata hus usque methodo absolvit. Vtrique labori binas quotidie hora consecravit. Praeterea as umquam disputandi occasiones negliget, nec illis etiam deerit, qui vel in his, vel in aliis doctrinae Historicae partibus, institutionem expetitur sunt privatissimam., Wintersemester 1717/1718

Simon Fridericvs Hahn, Historiar. Prof. Publ. Ordin. futuro semestri spatio, ad ductum Germaniae Principis, Celeberrimi Giovanni, Historiam Domus Augustae Brunsuico-Luneburgensis, ad scriptorum aequalium, Diplomatumque fidem, praelectionibus publicis explicabit. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1718

Privatim vero, pragmaticam ac civilem Imperii nostri Historiam, probata huc usque methodo, rursus docebit. Neque minus vel in Ill. Cocceii, vel alius auctoris ab ipsis auditoribus eligendi Ius Publicum, qua par est cura & fide commentabitur. Praeterea quoque illis, qui vel in his, vel in aliis

doctrinae Historicae partibus institutionem expetierunt privatissimam, ut & de utili argumento publice disputaturis, lubenti animo operam praestabit., Sommersemester 1718

Privatim finitis, quas nunc tradit, Historiis universali, ac Germanica, Historiam exterorum Regnorum ordietur, & hac quidem hieme Britannicam, Gallicam, Hispanicam, Lusitanicam, auctore Pufendorffio, pertractabit., Wintersemester 1718/1719

Praeterea quoque Ius Publicum Coeceanum per duas quotidie horas exponet, & commilitonum profectus examinando ac disputando, si visum his ita fuerit, recognoscit., Wintersemester 1718/1719

Simon Frider. Hahn, Historiar. Prof. Ordin. praeterlapso semestri spatio, Historiam Domus augustae Brunsvico-Luneburgensis absolvit. Hoc ergo labore defunctus, de potentissimae Genits Porussico-Brandenburgicae, ortu, incrementis, vicissitudinibus, fatis, praerogativis item ac iuribus controversis, insignibus, domesticis scriptoribus, aliisque multis eo spectantibus, ad ductum, Germaniae Principis Celeberrimi Giovanni, publice dissertabit. [...] Docet publice hora II., Wintersemester 1718/1719

Simon. Frider. Hahn, Historiar. Prof. Ordin. publice Historiam, in qua adhuc haeret, Porussico-Brandenburgicam, hoc ipso semestri spatio plenissime absolvit. Sigillatim potentissimae Domus praetensiones, quas sic vocant, sollicite illustrabit, ac, siquid supersuerit temporis, illud in excependis illustrioribus controversiis, superioribus annis, in Europa, Germania praesertim, magna animorum contentione agitatis, consumet. In quibus tamen argumentis ita versabitur, ut non tam iudicis, quae temeritas absit a privato, quam iudicis munere fit functurus. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1719

Privatim inchoatas haud ita pridem in Coccejanum jus Publicum lectiones, duabus quotidie horis sedulo urgebit, totidemque Collegio in pragmaticam ac civilem Imperii nostri Historiam novo destinabit. Tum singulis Mercurii Sabbathique diebus, de omnium saeculorum, ac Rerumpublicarum scriptoribus Historicis, initio a Germanicis facto, copiose dissertabit, inque simul genuina diplomaticae artis principia auditoris fideliter tradet., Sommersemester 1719

Simon Frider. Hahn, Historiarum Prof. Ordin. Saxonicae Domus notitia absoluta, publice Historiam docebit universalem, cum civilem, tum litterariam, a Caroli M. temporibus, ad saeculum usque nostrum, auctorem secuturus celeberrimum quondam virum, Christophorum Schraderum, in Chronologicis tabulis, haud ita pridem continuatis. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1720

Privatim Germaniam Principem Illustris Ludewigii explanabit; Jus publicum quoque Imperii, Cocceo duce, interpretabitur, & ultimo tandem loco in tabulas commentabitur pacis Westphalicae., Sommersemester 1720

Simon Fridericvs Hahn, Historiarum Prof. Ordin. Historia, in qua adhuc haeret, uniuersali ad Interregnum vsque perducta, Historiae suae Germanicae priorem tomum, perspicue, copiose, et publice quidem illustrabit. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1721

[...] Praeter priuatissimas lectiones, in Coccejanum Iuspublicum commentatur [...], Sommersemester 1721

[...] daturus quoque notitiam illustrium quarundam & principum in Imperio nostro familiarum, Palatinae praesertim, Hassiacaе, Mecklenburgicae et aliarum, idque ad Pffneri ductum, in libro, qui inscribitur, das in seinem Haupt und Gliedern durchlauchtige Teutschland., Sommersemester 1721

Simon Fridericvs Hahn, Historiar. Prof. Ord. publice Historiam explicabit Brunsvico-Luneburgensem. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1723

[...] Privatim absoluta Austriaca, in qua versatur, Saxonica adgredietur, & praeter novas Iuris

publici lectiones a nonis expetitas, notitiam quoque dabit illustrium, quas sic vocant, praetensionum, earum inprimis, quae nostra hac aetate magna contentione agitantur., Sommersemester 1723

Simon Fridericvs Hahn, Historiar. Prof. Ord. Historiam domus Augustae Brunsvicio-Luneburgensis praelectionibus publicis illustrare perget. [...] Docet publice hora XI., Wintersemester 1723/1724

[...] Privatim Brvnnemann ius publicum explicabit commentabitur quoque in celeberrimi Eccardi introductionem ad Historiam Germaniae, quae de scriptoribus agit., Wintersemester 1723/1724

Simon Fridericvs Hahn, Historiarum prof. ordin. publice de ortu, incrementis, fati, iuribus etiam praerogativis cunctarum imperii principum, illustriumque familiarum, praesulatum item, ac liberarum civitatum ex monumentis idoneis dissertabit. Auctorem sequetur personatum Monzambanvm, capite II. libelli elegantissimi, quem de statu Imperii Germanici inscripsit. [...] Docet publice hora I., Sommersemester 1724

[...] Privatim Historiam imperii eiusdem Germanici, ad ductum illustris Lvdewigii, Historiam vero litterariam ad ductum illustris Gvndlingii, Ius publicum denique Cocceianvm fide explicabit, qua par est., Sommersemester 1724

Simon Fridericvs Hahn, Historiar. Prof. Ordin. praeterlapso semestri spatio Historiam Austriacam absolvit cum Boica & Palatina. Nucn igitur Saxoniam interpretabitur, & Brandenburgicam, & caeteras ordine sequentes, progressurus quousque licuerit. [...] Docet publice hora VIII., Wintersemester 1724/1725

[...] Privatim iurispublici lectiones sedulo vrgebit, nec privatissimam operam expetituris denegabit., Wintersemester 1724/1725

Simon Fridericvs Hahn, Historiarum hucusque P.P.Hanoveram elementissime evocatus, ante suum ex hac Academia discessum, quae ex praelectionibus adhuc restant, impetrata eousque indulgentissima venia, plenissime absolvet., Sommersemester 1725

### **Dissertationen (2)**

De Regia Ac Caesarea Chuonradi II. Electione Ac Coronatione Dissertatio Historica, 08.04.1719

Observationes juris publici ad medii aevi mores, 29.10.1723

### **Reden und Programme (3)**

Simon Friedrich Hahn: Programma auspicalis de medii aevi geographia per Germanos uberius excolenda

Simon Friedrich Hahn: Oratio auspicalis de genuino ac salico Conradi II, Imperatoris Augusti, ortu et vera falsaque salicae stirpis cum Guelfis conveniente, 27.05.1717

Simon Friedrich Hahn: Programma auspicalis de medii aevi geographia per Germanos uberius excolenda

### **Zitierhinweis**

Prof. Simon Friedrich Hahn. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-93-hahn> [06.07.2026]